hæc ſumma eſt, ut intelligatur Scripturarum divinarũ plenitudo & finis eſſe DEI dilectio: & lib. 2. cap. 27. Scripturarum divinarũ ſtudioſus nihil aliud in eis eſt inventurus quã diligendũ eſſe DEum propter ſeipſũ, & proximum propter DEUM. Gregorius autem hom. 10. ſuper Ezechielem ad hoc ſolum nobis DEUS per Scripturam loquitur, ut nos ad ſui & proximi amorem trahat.

XX.

Et hic Theologiæ finis quem non tàm in contemplando quàm agendo & operando ſitum eſſe pronunciamus, in altera etiam durabit vita, quando DEUM non ſolum viſuri ſumus, ſicuti eſt 1. Ioh. 3. ℣. 2. à facie ad faciem, 1 Corinth. 13. ℣. 12. Sed eundem quoq; integrè dilecturi & complexuri caritate nunquam excidente 1. Corinth. 13. ℣. 8.

Ζήτημα.

I.

An utraq; Magiſtra à DEO Natura & Prophetia & an uno nos modo inſtruant de DEO?

II.

An Theologia Scholaſtica dicta hodiè ſit cognoſcenda, cum iam pridem à Dn. Luthero fuerit damnata?

DISPU-

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id371980453/14 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG